



**Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei
Praecepta Pars ...**

In II. III. IV. Præceptum De Juramentis, Votis, Observatione Festorum, & Jejuniorum, ac obligatione Pietatis & Observantiæ erga Majores: Charitate & Misericordia erga proximum. Pars III.

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Caput V. De Obligatione Pietatis & Observantiæ erga Maiores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60022](#)

552 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. V.

est, grave jugum conscientiis fidelium injicitur.
Alterum: in dubio Prælatos in dispensando non
debere esse scrupulosos & difficiles ob eandem rea-

tionem. Sanch. l. 8. de matr. dispe. 2. Laym. cit.
683. in fine. Ultimum: Confessarii poenitentes, no-
nimis urgeant, si rationem vel causam sibi videtur
probabilem afferant, ac non jejunent, vel in Qua-
dragesima tantum bis vel ter in septimana jejunent
ne alioquin vel omnino non jejunent; vel ob con-
scientiam non jejunando gravius peccent, qui alio-
quin sine culpa saltem mortali fuissent. Cajet. i.
jejunium. Quoad tertium Laym. cit. n. 6. quid
dit à Pio IV. concessum esse privilegium Societatis
JESU ad dispensandum cum iis in his partibus, q.
ad jejunium totâ Quadragesimâ adduci non possunt
ut nimis aliquoties saltem ter in septimana ei-
jejunare sufficiat. Hæc de jejunio dicta sufficiant
ad honorem Christi, qui Quadragesinta diebus
noctibus jejunavit in deserto.

CAPUT V.
IN QUARTUM PRÆCEPTUM
DECALOGI.

*De Obligatione Pietatis, & obli-
vantiae erga MAJORES.*

A Bsolutis tandem DEI Gratiâ tribus prioribus
Decalogi Præceptis, quæ dicuntur prima Tri-
bulæ, & ordinant hominem ad Deum in Sanctissimis

per

per actus virtutum Theologicarum Fidei, Spei, Charitatis, & Religionis: progredimur nunc ad Præcepta secundæ Tabulæ ordinantia hominem ad proximum in *Justitia*: latè sumendo justitiam, prout etiam comprehendit non tantum pietatem, & observantiam ergo Majores, sed etiam Charitatem erga Proximum. Mereretur quidem hæc materia proprium Titulum seu *Tractatum*: quia tamen supra in primo præcepto agentes de Charitate, & odio DEI, jam statim etiam egimus de odio & inimicitia Proximi; ac de scandalo & annexis acturi sumus Tractatu V, ideo ob majorem horum opusculorum uniformitatem, reliquam hujus quarti præcepti materiam sub hoc tertio Tractatu per duo sequentia Capita breviter explicare libuit.

TEXTUS.

Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus DEUS tuus dabit tibi. Exod. 20.

EXPL ICATIO.

I. Praeceptum hoc: *Honora Patrem &c.* formaliter & in terminis quidem affirmativum est, debitum honorem, & cultum præcipiens exhibet parentibus: virtualiter vero, & implicitè simul negativum est: quasi dicat: *Non inhonorabis Patrem tuum, & Matrem tuam;* prohibens scilicet omnem irreverentiam, vel injuriam parentibus interrogandam.

Mm 5

II. No-

II. Nomen *Patris* in S. Scriptura tripliciter accipitur. 1. Propriè significat Parentes, qui nos secundùm carnem generunt, 2. Suppletive Pater significat eos, qui in parentum jus locum, & officium erga filios succedunt, ut adoptantes, patrini, Tutores, Curatores. 3. Similitudinare Patres dicuntur, qui se respectu nostri quoad aliquid per modum parentum habent, utpote a ratione ætatis, ut senes omnes 1. Timoth. 5, Semper ne increpaveris, sed obsecra ut Patrem: Juvenes ut fratres: annus ut Matres: Juvenculi ut sorores in omni castitate: Aut ratione generis, vel gentis: ut avi, proavi, abavi, ac primi gentis. Ut Exodi 3. Dominus DEUS Parrum uestorum apparuit mihi, DEUS Abrahams, DEUS, Isaac, & DEUS Jacob. Ubi Patres appellantur remotissimi: aut ratione spiritualis doctrinæ, vel educationis: 1. ad Corinth. 4. Si decem millia Pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos Paternam in Christo JESU per Evangelium ego vobis nui: Aut ratione potestatis: quo modo olim Reges & Principes vocati sunt Patres: etiam in Scriptura 4. Reg. 5. Naamon Syrus Princeps militiae vocatur a suis Pater: sic quoque apud Romanos 3. Eti sunt Patres conscripti.

III. Quanquam omnia Praecepta Decalogi primo principio & ultimo fine habeant Charitatem, ex illo enim magno mandato: Diliges Dominum Deum tuum &c. & altero: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, tanquam ex principio conclusiones inferuntur omnia Praecepta Decalogi

logi primæ, & secundæ Tabulæ, ut intuenti patet; omniūmque Præceptorum finis est, ut eorum observatione homo conjunctus maneat Deo ultimo fini suo per Charitatem, & Gratiam, ut in primo præcepto explicatum est. Specialiter tamen Præcepta primæ Tabulæ ordinant hominem ad Deum *in Sanctitate*, scilicet per virtutes Theologicas, Fidem, Spem, ac Charitatem, & virtutum moralium præstantissimam Religionem, Deo cultum debitum exhibendo: præcepta verò secundæ Tabulæ ordinant hominem ad proximum *in Justitia*, dirigen-
do nimirum hominem ad reddendum cuilibet, quod suum est.

IV. *Justitia* virtus reddens unicuique, quod suum est, duplex est: una perfecta reddens alteri suum secundum æqualitatem exigentia debiti, & hæc habetur respectu proximi, ut nobis æqualis; spectatq; ad sequentia Præcepta. Altera imperfecta, reddens etiam alteri, quod suum est, sed non secundum æqua-
litatem exigentia debiti, sed pro facultate debitoris. Nam juxta sapientis dicta: *Deo, & Majoribus ne-
mo par redire potest.* Et hujus sunt quatuor spe-
cies, seu virtutes annexæ justitiae. *Religio*, vir-
tus inclinans ad Deo debitum suum cultum reddendū: & hanc dirigunt tria priora præcepta primæ Tabulæ. 2. *Pietas*, virtus, qua Parentibus principaliter, aliisque Majoribus carnalibus debi-
tum cultum, honorem, obsequiūmque impen-
dimus. 3. *Observantia*, virtus, qua Superiori-
bus potestatem super nos habentibus debitum pro
ratione superioritatis cultum obsequiūmque im-
pen-

556 Tarct. III. in IV. Precept. Decal. Cap. V.

pendimus. 4. *Gratitudo*, virtus, qua Benefactores pro acceptis beneficiis grati sumus; & cultum exhibemus, puta beneficia agnoscendo, laudando, & cum possumus etiam recompensando. Et haec omnia comprehenduntur hoc quarto Praecepto. Et hinc brevis esto

RESOLUTIO.

Quarto hoc Praecepto ut affirmativo præcipitur principaliter, & 1. pietas in parentes carnales. 2. Secundariò, & ex consequenti pietas in eorum locum tenentes, & Majores nostros. 3. Observantia erga Superiorès spirituales, & temporales. 4. Gratitudo erga Benefactores. Ex consequenti autem prohibentur omnia his opposita, de quibus per descursum. Eodem ferè modo ex Concil. Colloniensi enumerat *Toletus* l. 5. c. 1. Nimirum hoc præcepto nomine Parentum comprehendi quatuor genera Personarum. 1. Parentes, qui nos secundum carnem genuerunt. 2. Superiorès spirituales, Episcopos, Pastores, Confessarios. 3. Superiorès sacerdotes, Reges, Principes, Magistratus, Dominos. 4. Omnes eos, qui super nos aliquam potestatem, vel eminentiam habent, ut Tutores, Magistros, Benefactores. Ratio autem sumenda est ex ordine Decalogi. Sicut enim tribus prioribus præceptis per virtutem Religionis ordinatur homo ad Deum Authorem, & Superiorēm divinum increatum: ita quarto Praecepto ordinatur homo ad Superiorès, & Majores suos creatos, quorum primum locum obtinent Parentes, deinde alii enumerati, per virtutem justitiae secundum il-

las

Sect. I. De obligat. inter filios & parentes 557

las species pietatem, observantiam, & gratitudinem. Reliqua denique sex Præcepta ordinant hominem ad proximum, ut æqualem per justitiam secundum speciem perfectam.

S E C T I O I.

Pietas, & obligatio filiorum erga Parentes & econtra.

S U M M A R I A.

1. Quarto hoc Decalogi Præcepto filii obligantur Parentibus
 1. ad amorem: 2. obedientiam, & 3 reverentiam.
8. Obligatione Amoris obligantur I. eis bene velle, saltem negativè, nihil male volendo, optando, impetrando
Ec (qualiter hic peccent?)
9. II. Etiam bene velle positivè, benefaciendo, succurrendo, spiritualiter & corporaliter,
10. III. Malum avertere: ac
11. IV. Post mortem eorum debita relitta, Sacra, & non Sacra, juxta vires hereditatis, quam citius commode possunt, solvere. Item
12. Obligatione obedientiae filiis debent Parentibus
14. Sub mortali ex genere suo
17. Obedire in omnibus licitis & honestis ad eorum curam pertinentibus: non in aliis malis, illicitis, & in honestis, seu etiam licitis ad curam paternam non pertinentibus.
19. Unde quoad certum vita statum eligendum, vel capessendum, simpliciter eis obedire non tenentur, &
20. Graviter peccant Parentes I. filios vel filias ad Religionem compellentes; aut
21. II. Ab ejus ingressu injustè impedientes: aut
22. III. Sine justa causa ad matrimonium compellentes:
23. Vel IV econtra ab eo impedientes.
24. Usque ad n. 29. Quando, & qualiter peccent filii, vel filia

- filii et matrimonium contrahentes Parentibus inhibitis, & justè contrariantibus?
29. Usque ad n. 34. Quam reverentiam filii debeant, verbis, signis, & factis?
34. Usque ad n. 38. Quando & qualiter peccent filii, sed filii agentes aliquid ex odio, injuria, irreverentia, vel contemptu erga parentes?

Pietas, & obligatio filiorum erga Parentes,
& econtra.

ASSERTIO. I.

6 P *Recepit hoc quarto Decalogi, & ex virtute pietatis obligantur filii honorare parentes exhibendo amorem, obedientiam, reverentiam: & cavendo, quidquid his adversatur, affectu, signo, opere. Ita re ipsa omnes. Tolet. lib. 5. cap. I. March. tom. 2. tr. 5. q. 1.*

§. I.

Exhibendo Amorem, Obedientiam, Reverentiam.

7 H *Eccl tria sub titulo honorandi Parentes ubique inculcat S. Scriptura. Ecclesiast. 3. Fili suscipe senectam Patris tui, & non contristes eum in vita illius, & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua. Ibidem: qui timet Dominum, honorat Parentes, & quasi Dominum serviet his, qui se genuerunt. Ibidem: In opere, & sermone, & omni patientia honora Patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio a beato, & benedictus illius in novissimo maneat. Ibid. Ecclesiastici 7. Fili honora Patrem tuum, & gemitum Matri in ne obliviscaris: Memento, quoniam nisi per illos,*

natus

natus non fuisses, & retribue illis, quomodo & ipsi tibi. Alibi sæpiissimè, & in nova Lege Christus frequenter in Evangelio, & Apostoli. Ad Ephes. 6. *Filii obedite parentibus in domino, hoc enim iustum est.* Adverte ibi: *Retribue illis: & hoc iustum est:* significari obligationem hujus præcepti de honorandis parentibus per amorem, obedientiam, & reverentiam, non tantum fundari in virtute Charitatis, sed etiam in virtute justitiæ (specialis unius scilicet, quæ dicitur pietas) ex eo enim, quod cum Deo nobis dederint esse, alimenta, & omnem solicitudinem in conservatione, & educatione naturali, & morali impendant, obligatione justitiæ tenemur eis rependere amorem, præstare obedientiam, & reverentiam exhibere. Consequenter omnia peccata contra honorem parentum non sunt tantum contra Charitatem, sed etiam contra justitiam illam specialem, & quandoque etiam contra justitiam propriè dictam. Nunc ergo hæc triplex obligatio pro frequentissima præxi, accuratè explicanda est.

§. II.
Amorem.

Obligatio amoris filiorum erga Parentes in tribus consistit. 8

I. *Eis benè velle*, saltem *negativè*, scilicet nihil malè volendo, optando, imprecando: adeò ut ex hoc capite peccent mortaliter, & gravissimè, quicunque odio, malevolentia, gravi indignatione, vel quovis affectu pravo in parentes feruntur deliberatè

beratè v. g. Qui ejus mortem, vel aliud grave malum optant: qui de notabili eorum malo gaudent: quicunque opere, vel signo externo odium, indignationem, malevolentiam, vel pravum erga eos effectum ostendunt, v. g. alloquio duro, aspectu torvo, gestu protervo eos affligunt, vel contristant: qui contemnunt, subsannant, irrident, despiciunt: qui verbis injuriolis, consumeliis, maledictis afficiunt: qui quidvis eis ad insultandum faciunt. Intellige semper deliberatè, & seriò, & in materia notabili, ut infra notabitur. Patet Exodi 21. *Qui maledixerit Patri suo, vel Matri, morte moriat.* Prov. 20. *Qui maledicit Patri suo, & Matri, erit lingueretur lacerna ejus in mediis tenebris.* Prov. 23. *Audi Patrem tuum, qui genuit te, & ne contemnas cùm senuerit Mater tua.* Ibid. c. 30. *Oculum, qui subsannat Patrem, & qui despicit partum Matris suæ, effodient illum corvi de torrentibus, & comedent eum filii aquila. Alibi sàpissimè. Vide Nav. c. 14 n. 11. Tolet. l. 5. c. 1. March. cit. tr. 5. tit. 1. q. 2*

9 II. *Eis etiam positivè bene velle, ac re ipsa benefacere atque succurrere, cùm facultas adest, in quavis eorum necessitate: Aut spirituali: ut in articulo mortis curando, ut confiteantur, & necessariis Sacramentis muniantur, ut testamentum utilitendant &c. adeò ut peccent mortaliter, qui negligunt eos Sacramentis necessariis provideri: qui eos à Testamento condendo, à piis legatis, vel elemosynis faciendis, aliisve disponendis pro salute animæ suæ, sine justa causa impediunt: qui eorum legata, aliisque Testamento, vel ultima voluntate*

Sect. I. De obligat. inter filios Parentes. 561

ordinata, cùm primùm fieri potest, non implent: non dicam omittunt: Nam etiam sine justa, & gravi causa differre, mortale est, ipsisque Defunctis iusto Dei judicio in altera vita sàpè damnosum. *Nav.* *Tolet.* cit. *Filliucius tr. 28. c. 1.* Aut corporali, ut in infirmitate, aliisque occurrentibus adversis casibus, visitando, consolando, eis assistendo, per se, vel per alios opitulando, necessaria providendo, è carcere liberando, in paupertate alimenta præbendo, domi suæ excipiendo &c. Denique in quacunque necessitate non tantùm extrema, cùm ipsa vita, vel fama periclitantur, v.g. si ob debita parentes essent ad perpetuos carceres damnandi, sed etiam in gravi, cùm scilicet absque gravi incommodo etiam tenuiter vitam sustentare non possunt, ut si cogeretur mendicare, aut servitio, vel laboribus suæ sortis, & ætatis hominibus incompetentibus victum querere, eis etiam ex propriis bonis, pro facultate, & seclusâ semper sua æquali necessitate, subveniendo. *Omnes* cùm S. Thom. 2. 2.q. 122. a. 4. Atque eam obligationem parentibus alimenta præbendi, & opitulandi non tantùm esse de jure gentium, sed etiam de jure naturæ, contra *Filliucium*, & alios, recte ostendit *Marchant.* cit. q. 2. dub. 2. ex illis verbis *Eccles.* 7. *Retribue illis, quomodo & illi tibi.* Et *Tobiæ* 4. *Honorem habebis Matri tua omnibus diebus vita ejus: memor enim esse debes, qua, & quanta pericula passa sit propter te in utero suo.* Idque naturale jus ostendit, ipsa natura in ciconiis, aliisque brutis animantibus, parentes suos in senectute alementibus. In dictis ergo, & similibus omnibus filii, & filiae

THEOL. MORAL Pars III.

Nn cul.



culpabiliter, & notabiliter deficientes, vel omittere succurrere parentibus, citra dubium peccant mortaliter contra Legem DEI naturalem, & naturam ipsam. Imò parentibus in ejusmodi extrema necessitate existentibus, peccat mortaliter filius Religionem ingrediendo, vel profitendo, etiam ex voto prævio. Idque contra jus divinum naturale, quod antecedit omne opus ad voluntarium, & liberum quantumvis sanctum. Etiam jam ingressus, vel professus, invitis quoque parentibus sub peccato mortali egredi tenetur, si necessitas sit extrema. Si verò gravis sit necessitas jam existens tempore ingressonis, adhuc tenetur egredi petitâ licentiâ Superioris: dummodò spes sit egrediendo posse succurrere, aut manendo in Religione non æquè succurrere possit. Si post professionem primò in gravem necessitatem inciderint, non tenetur egredi per se; at semper justissimè dari poterit licentia. Sic DD. latè, præsertim noster Marchant. tract. 5. q. 2. & superius Tract. 2. tit. 4. Sect. 2. q. 1. Propri. 6. in corollario optimè, & solidè.

III. *Etiam omne malum, omnemque injuriam notabilem à Parentibus propulsare; nedum ab injuria propria inferenda abstinere sub mortali eadē Lege divina naturali obligantur filii pro posse. Lege, & hoc applica latè dicenda in materia de justitia.*

IV. *Ad prædicta refertur etiam debita parentum relieta, sacra, & non sacra juxta vires hæreditatis, fideliter, & quantum comodè potest, citius solvere, ne Defunctorum fama in mundo, & subinde etiam animæ in altera vita patiantur. Unum hic dubium, & apud*

l omitten-
n peccant
, & natu-
i extrema-
filius Re-
etiam et
naturale,
n, & libo-
ressus, vel
b peccato-
reima. Si
npore in-
centia Su-
posse suc-
eque fut-
ò in gra-
grédi per
tia. Sic
act. s. p.
. Propos.
injuriam
m ab in-
rtali eadé
osse. Le-
justitia
arentum
tatis, fi-
lvere, ne
etiam a-
bium, &
apud

Sect. I. De obligat inter filios & Parentes. 563

apud Juristas controversum est: An, si Pater nulla bona reliquit filio, teneatur filius de suo proprio solvere ejus debita v. g. pecuniam mutuò acceptam: & specialiter illam, quæ expensa fuit pro alimen-
tisfilii; domi, vel foris, in studiis &c. R. negativè ex communiori Juristarum, & communi Theologo-
ram Sententia. Ratio est: Universaliter quidem; quia mutuum repetendi obligatio personalis est: atqui non filius, sed Pater pecuniam illam mutuò accepit: ergo &c. Specialiter verò: quia Pater jure naturæ tenetur alere filium; isque jus habet adversus Pa-
trem exponendī alimenta; ergo mutuum illud ac-
ceptum à Patre pro alendo filio, semper cadit con-
tra Patrem, nunquam contra filium. Quod autem in Jure L. His solis ff. de condictionibus indebiti, sta-
tuitur. Si quis rem alienam acceperit, & res illa in
utilitatem alterius conversa fuerit, teneri hunc ter-
rium ad solutionem, si is, qui accepit, solvendo non
fuerit. Hoc intelligi debet, ac verum est, quando
hic tertius accepit titulo gratuito seu lucrative, v.
g. per donationem, legatum &c. non item si acce-
pit titulo oneroso, seu tanquam aliunde sibi debi-
tum. At filius à parente alimentata accipit titulo
oneroso, ac tanquam jure naturæ sibi debita, ut di-
ctum est.

§. III.

Obedientiam.

Obligatio obedientiæ filiorum erga Parentes ¹²
exigit universaliter, ut in omnibus licitis, &
honestis ad eorum curam parentibus filii perfectè
obediant parentibus: idque sub mortali ex genere

N n 2

suo,

suo: adeò nimis, ut omnis inobedientia, rebello, contumacia contra expressa, & seria mandata Parentum, sit peccatum mortale, nisi levitas materiæ, inadvertentia, vel humana quædam negligenteria excusat. Communis DD. Toletus cit. c. 1. March. cit. tr. 5. tit. 2. q. 1. 2. ¶ 3. Eam obligationem obedientiæ sæpè inculcant S. Scriptura. Ad Eph. Filii obedite Parentibus vestris in Domino, hoc enim justum est. Ad Coloss. 2. Filii obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est in Domino. Eccl. 3. Filii sapientia, Ecclesia justorum, & natio illorum, obedientia, & dilectio Iudicium Patris audite filii, & sic facite, ut salvi sitis. Ratio fundamentalis sumitur ex jure naturali correlativo. Cum enim parentes teneantur filios instruere, & educare in iis, quæ sunt honestatis, & salutis, adeò ut parentes pro filiis sæpè puniantur, ut Heli 1. Reg. 2. ita ex correlativo filii tenentur obedire parentibus in omnibus curam parentalem concernentibus: ut exprimit Scriptura citata, Hoc enim justum est; Hoc enim placitum est in Domino: id est: hoc exigit jus ipsum naturale, & voluntas DEI. Verum termini hujus obligationis latius explicandi sunt.

I. Sub mortali ex genere suo.

¹³ **E**am obligationem esse de se gravem, & sub mortali indicat ipsa Scriptura Eccl. 3. Et sic facite, ut salvi sitis. Quasi dicat, alioquin salvi esse non poteris. Et deinde confirmat gravissima poena à DEO Lege lata, qua filii inobedientes olim puniebantur. Deut. 21. Si genuerit homo filium

cap. V.
a, rebel-
mandati
vitas ma-
am negli-
cit. c. I
n obliga-
criptura
in Domi-
Filiis obe-
um est in
ustorum,
o Judi-
alvi sit,
ali corre-
filios in-
tatis, &
niantur,
entur o-
rentalem
ata, Hot
Domino:
voluntas
is latius
, & sub
3. Et si
uin salu-
gravissi-
edientes
rit homo
filium
Sect. I. De obligat. inter filios & Parentes. 565
filium contumacem, & protervum, qui non audiatur
Patris, aut Matris imperium, & coercitus obedire
contempserit, apprehendent eum, & ducent ad Se-
niores civitatis illius, & ad portam judicii, dicen-
que ad eos : Filius noster iste poterum & contu-
max est, monita nostra audire, contemnit, comessa-
tionibus vacat, & luxuria, arque conviviis: lapi-
dibus eum obruet populus civitatis: & morietur.
ut auferatis malum de medio vestri. Denique
Apost. ad Rom. 1. Inter gravissimos peccatores
traditos a DEO in reprobum sensum numerat
etiam parentibus non obedientes. Et 2. ad Ti-
moth. 3. Inter gravissima peccata recenset : In no-
vissimis diebus erunt homines se invicem amantes,
cupidis, elati, blasphemi, parentibus non obedien-
tes.

Dixi autem notanter 1. *Contra expressa, & seria 14*
mandata : Agere enim solum contra voluntatem,
monitiones, vel ordinarias directiones parentum,
etsi aliquando peccatum sit, non est tamen specia-
le peccatum contra obedientiam parentibus debi-
tam; v. g. hortatur Pater filium, ne frequentet ta-
bernas, ob pravas conversationes, ebrietates, aliá-
que pericula : filius contra tabernam intrans, etsi
peccet exponendo se periculo ebrietatis, vel luxu-
riæ v. g. non tamen peccat peccato speciali inobe-
dientiæ. Si autem expressè ipsi fuisse prohibi-
tum à Patre, peccaret dupli peccato mortali,
& ebrietatis, v. g. vel luxuriæ, & inobedientiæ
contra præceptum parentis in re gravi. 2. *Nisi 5*
levitas materia vel inadvertentia excusat. Nam
etiam

Nn 3

§66 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. V.
etiam expressum præceptum parentis, tamen in
levi vel omnino indifferenti, quæ scilicet nec pe-
ccatum sit, nec ad peccatum inducat, non potest
obligare ad peccatum mortale; hoc enim com-
mune est omni Legi, Præcepto, Voto, de quo in
locis: adeoque filius in his contraveniens non po-
cabit plus, quam venialiter, secluso semper con-
temptu formalis præcepti, vel parentis. 3. *Vel hum-
na quadam negligentia.* Nam ad peccatum mor-
tale inobedientiæ requiritur, ut quis omnino des-
beratè & ex proposito præcepto paterno contravi-
niat cum virtuali aliquo contemptu, vel contumacia:
idque peccatum mortale tantò gravius est
quanto gravior erit contemptus, vel contumacia
& maximè si formalis, cum quis ex professo id
contravenit, quia Pater præcepit. At verò ex al-
qua negligentia, vel socordia fragilitatis humanae
juvenilis præsertim, præceptum paternum trans-
gredi, semel, iterum, aut sapientius (non tamen fa-
pissimè & ordinariè, tunc enim accederet virtuali-
saltem contemptus, & pertinacia) non censetur
peccatum mortale inobedientiæ: cum obediens
paterna tali modo non censeatur lœdi graviter
quamvis etiam sic meritò paternæ punitioni subje-
cere debeant, quæ rectè notat March. cit. q. 3.
Termini quoque ejus obedientiæ filiorum erga pa-
rentes, quousque se extendat, supra expressi-
tendendi, & pro re maximè practica, ac late
patente, accuratiùs explicandi sunt.

* *

*

Sect. I. De obligat. inter filios & Parentes. 167

II. In omnibus licitis, & honestis ad eorum curam pertinentibus.

Minimè enim debent, vel possunt filii obedire parentibus in iis, quæ manifestè quomodo cunque mala, illicita, inhonestata, vel injurianta sunt. Sicut enim Pater tale quid imperans peccat, ita filius in iis obediens peccabit pro ratione materiæ. In his debent filii odire parentes juxta præceptum Christi *Matth. 10. & Luca 14.* de quo vide D. Gregorium *Homilia 37. in Evang.* Et servandum est illud axioma Apostoli *Actorum 5.* *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* De his quoque intelligendum est *Deut. 33. qui dixit Patri suo, & Matri sua: nescio vos, & fratribus, ignoro vos &c. hi custodierunt eloquium tuum, & pastum tuum servaverunt.* Et principaliter in conversione ad veram Fidem, vel Religionem, non tententur filii obedire parentibus contrarium præcipientibus, vel suadentibus, quia iis invitis, ad eam transire, & in ea perseverare, & possunt, & debent, exemplo plurimorum Sanctorum: & illustrè est illud apud S. Gregorium *l. 2. Decal. c. 13. de S. Hermenegildo Martyre, & Rege.* Denique rectè approbat March. *cir. q. 4. Sententiam Scoti 4. dist. 4. q. 9.* licere Principibus pueros infidelium subditorum etiam invitis parentibus curare baptizari: modò eorum debita, & sufficiens cura deinceps geratur, ne in infidelitatem relabantur, aut alia gravia damna incurvant. Per hoc enim non tam patria potestate, quam à parentibus tyrannide eripiuntur

N n 4

piuntur



piuntur, ut libertate filiorum DEI, & fini, quem creati sunt, restituantur, meritò omni paternæ potestati, ac juri præferendum.

III. Non tamen in omnibus licitis, & honestis sed tantum ad curam paternam pertinentibus, obdire tenentur filii. Ad curam autem paternam tria tantum pertinent, in quibus obdire tenentur. 1. In omnibus, quæ sunt de necessitate salutis & observantiâ Mandatorum Dei, in quibus expressum accedit præceptum paternum, filius obediens semper duplici peccato peccabit juxtagtionem malitiæ, mortali, vel veniali, ut jam supra notatum est. 2. In omnibus pertinentibus ad morum honestatem; ut si pater præcipiat vitare certam conversationem, domum, lusum immoderatum, filius transgrediens juxta rationem malitiæ transgressionis iterum peccabit mortaliter, vel venialiter. 3. In omnibus, quæ pertinent ad familiæ administrationem, & disciplinam domesticam, tam in temporalibus, e. g. quod certo tempore filii domum redeant, præterim veperi non vagentur, de rebus domesticis nihil destruant, vendant, donent, in domum aliquas personas non inducant &c. quam in spiritualibus, v. g. ut certo tempore orent, Missas audiant, litteras Fidei, & pietatis rudimenta addiscant &c. In quibus omnibus non obdire parentibus ex proposito, adeoque cum aliqua contumacia, vel contemptu virtuali iterum peccatum erit pro ratione materiæ mortale, vel veniale à prudenti Confessario estimandæ; eaque inobedientiæ paternæ circumstantia semper in confessio-

Seſſione
tata, al-
ſunt ſui
luctate-
neſtis,
peſſendi-
tionem
etiam in
reveren-
nanda c

Q U
gione, C
rationi
conſule
men ſim
tenentu
tæ ſtatū
proinde
mortali
I. P
lias inv
nem, v
que mo
ut si Pa
bis, ſig
nem, v
contra j
aliquen

missione mortalium explicanda erit. Præter enumera-
ta, alia quædam sunt, in quibus filii puberes
sunt sui arbitrii, nec tenentur sequi paternam vo-
luntatem. Ut in eligendo vitæ statu, in studiis ho-
nestis, & maximè in vocationibus salutaribus ca-
pessendis: in quibus filiorum est divinam inspira-
tionem & ductum primariò attendere, quamvis
etiam in his parentum consilium audire filialis sit
reverentia. Unde ulterius hic specialiter exami-
nanda occurunt duo.

III. Quid in electione Statu?

Quamvis parentibus competit suadere, & con- 19
sulere filiis de statu vitæ eligendo, puta Reli-
gione, Clericatu, vel Matrimonio: & etiam decens
rationique consentaneum sit, filios eos super hoc
consulere, Consiliumque rationabile sequi: atta-
men simpliciter eis obedire, vel acquiescere non
tenantur. *Omnis.* Ratio est: quia in eligendo vi-
tæ statu filius naturaliter liber est, & esse debet: ut
proinde parentes cogentes filios ad quemvis statum
mortaliter peccent, utpote

I. Peccant mortaliter parentes, si filios, vel fi- 20
lias invitas compellant ad ingrediendam Religio-
nem, vel statu Clericalem assumendum, quo-
unque modo, metu, vi, vel fraude, etiam indirecte,
ut si Pater male agat cum filiis in vietu, vestitu, ver-
bis, signis, eo animo, ut tædio affecti ad Religio-
nem, vel Clericatum confugiant. Ratio est: quia
contra justitiam, & gravis ex genere suo injuria est,
aliquem ad id cogere, ad quod non tenetur, quod

Nn 5 que



570 Tract. III. in IV. Precep. Decal. Cap. V.
que DEUS ipse liberum cuique esse voluit. In
per causa fiunt omnium malorum consequentium
hēu! sēpiissimē gravissimorum. Unde merito
Concil. Trid. ss. 25. c. 18. de Regularibus, rigide
sima prohibitione lata est sententia excommunica-
tionis contra eos, qui fāminas ad religionem co-
gunt, ut nimirūm Religionis ingressus liber
omnino.

21 II. Similiter ècontra peccant mortaliter pa-
rentes (sicut quicunque alii) si filios, vel filias à Re-
ligionis ingressu attentato injustè impedian: con-
tantum cum, sed etiam sine vi vel fraude, impo-
tunis precibus, suasionibus, blanditiis &c. Compo-
nis DD. apud Molinam tom. 5. tr. 4. de Justitia
disp. 51. n. 2. cuius formalia juvat exscribere; Gra-
viter peccant parentes, qui solo carnali affectu pu-
moti, absq; omni causa, nullum non movent lapidem
ut filios à Religione, quam ingressi sunt, extrahant
lachrymis & aliis viis conando à tam sancto proprie-
to illos avertere: solētque DEUS illos, ac filios in
extraētos graviter, etiam in hoc saeculo punire. Si
Molina, de jam ingressis in Religionem loquens
eadem autem, sed paulò minor est ratio de ingressis
ris: quia nimirūm proximum, præsertim filium in
ne justa, ac rationabili causa impedire à meliori bo-
no, ac majori DEI obsequio, ordini Charitatis di-
vine directè repugnant, & graviter nimis, ideo
mortale est ex genere suo, nisi fieret ob justam &
rationabilem causam, qualis præcipua est etiam,
ipsi parentes extrema, vel gravi necessitate laboran-
tes utilis prolis ope egerent, ut paulò ante dictum
est.

luit. In-
quentium
de merito
us, rigi-
communi-
ionem
as liber
taliter p-
filias à Re-
liant: no-
e, impo-
&c. Com-
-Justini-
perc; Gra-
ffectu-
lapidu-
xtrahau-
to propo-
- filios in-
unire. Si-
loquens
ingressu-
filium si-
eliori ho-
ritatis di-
, ideo-
ustam &
etiam, ab-
aboran-
dicum
est.

est. Verum de his impedientibus generalius dis-
serendum in materia de justitia.

III. Etiam mortaliter peccant parentes, si fi-²²
lios, vel filias absque justa causa compellunt ad Ma-
trimonium ineundum, neque hi tenentur obedire.
Ratio generatim est dicta. Addo verba Sanch.lib.
4. de Matr, disp. 22. n. 4. *Non possunt parentes
cogere filios ad Matrimonium, vel ad tales nupti-
as, sed liberè contrahere filii debent, vel alium
statum eligere.* Sic fatentur omnes cum S. Thoma,
qui rationem hanc insuper reddit. *Quia in Ma-
trimonio est servitus quadam perpetua;* & ideo
cum homo liber a conditionis sit, nequit à Patre ad
hanc servitutem compelli. *Quod si arguas, posse
filium à parente in necessitate constituto vendi,* & ita
sua libertate privari: Dic, disparem esse rationem.
Quia hæc servitus non exigit mutuum amorem, ne-
*que est perpetua, potest enim redimi, quæ secus se ha-
bent in matrimonio.* Hæc Sanchez. Jam subsu-
me: atqui in re tam gravi alterum iqvitum priva-
te jure suo, mortale est: ergo &c. Dictum sem-
per intelligendum est de coactione sine justa causa.
Fatendum enim cum Bellarmino, & aliis, posse pa-
rentes non quidem absolutè cogere, sed paternè fi-
lium, vel filiam ad nuptias invitare, inducere, per-
suadere ob justam causam, putat familiam propagan-
di, nepotes procreandi, facultates ampliandi, aut
inopiam familiæ sic sublevandi &c.

IV. Denique etiam sine dubio graviter pec-²³
cant parentes, si filios, vel filias absolutè à Matri-
monio contrahendo impediunt, & abstinere cogant,
sive

sive fiat animo compellendi ad Religionem vel Clericatum, sive ob finem alium. *Communis.* Ratio est: quia sanè gravissima est injuria velle hominem, proprium præsertim filium, vel filiam contra voluntatem privare libertate eligendi statum DEO, & natura institutum, non tantum ad propagationem humani generis, sed etiam ad remedium incontinentiæ. *Unde* meritò Sanch. *supra cit.* concedit eo casu filiam etiam minorenem, invitatis quoque parentibus, etiam indigno licetè nubere posse, ne detut infirmis occasio occultè delinquenti. Sic etiam rectè notat D. Thomas 2.2.q. 104. a. 3. *In iis, que ad proprii sustentationem, proliq[ue] generationem pertinent, omnes homines esti pares, atque adeò neque filios quidem in his duobus subjacere parentibus.* At verò, si parentes solummodo impediant à talibus nuptiis, cum tali vel tali relictâ libertate ad alias nuptias, quoad peccatum parentum nihil gravius definiunt Doctores. Sed quid tum de obligatione filiorum, vel peccato? Hic nodus, hic saltus est.

IV. Quid in electione talis Matrimonii?

24 *Lecto ergo statu Matrimonii, proles debent petere consilium & assensum parentum, atque etiam exspectare & obtainere, nisi illi injustè contrariantur, vel nimium suspendant, adeò ut peccent filii, ac filiæ maximè si inconsultis parentibus, ac justè contradicentibus, tale ineant Matrimonium. In his terminis sanè omnes consentiunt. Et ratio clarè sumitur ex patria potestate, cui jure*

jure naturæ impositum videtur , ut nuptui tradant filios & filias. Idque eis aperte tribuunt S. Literæ. Ecclesi. 7. Trade Filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Et S. Paulus expressè docet I. ad Corinrh. 7. à parentibus tradendas esse filias nuptiis. Idque palam demonstrant Exempla S. Scripturæ, præsertim Genes. 24. & 28. Ubique Patriarchæ præcipuâ quâdam curâ curarunt Matrimonia filiorum. Accedit Jus Canon. cap. 7. Alietur. 30. q. 5. ubi statuit Evaristus Papa, ut pro nuptiis quaque habeatur puella, quam Pater ipse non despontat. Ibidem c. qualis. S. Leo Papa. &c. Honorantur. 32. q. 2. S. Ambrosius, dicunt: Non esse virginalis pudoris maritum eligere, sed iudicium parentum esse expectandum. Ex quibus omnibus fatis rigidè loquuntur DD. in hac materia, præsertim quoad puellas, seu filias: quæ omnino opere pretium est distinctè proponere.

I. Filios, ac filias peccare mortaliter, nisi in 25
Matrimoniis eligendis consilium, & consensum parentum exposcent, cum aliis docet Sanch. lib. 4.
de Matr. disp. 23. n. 9. Sed profectò tantam obligationem ad consilium petendum, quod nemo sequi tenetur, nec hactenus allata convincunt, nec ratio urget ulla. Aut enim dignè contrahere volunt, aut indignè, aut dubiè. Si dignè contrahere volunt, parentes nec juste contradicere poterunt: & si contradicant, illi non tenebuntur obedire. Ad quid ergo tantum peccati mortalis onus ad petendum? si in dubio cōsilio opus sit, an non poterunt petere ab alio prudentiori, (sed hic Con-

fusio-

fessarius caveat scandalum pusillorum frequen-
tissimum:) & sic non egeret paterno? Ad quid
ergo obligatio sub mortali? Si indignè contrahete
volunt, adeoque peccare, si sub mortali obliga-
mus filios ad Patris consilium postulandum, an
non regulariter eos coniiciemus in pericula rixa-
rum? Cùm certum sit Patrem contradictrum,
quia agitur de suæ familiæ dedecore: Idque maxi-
mè, si filius, vel filia in arrepto proposito contra
Patris consilium constans supponatur: & certè con-
tra solum consilium Patris filium in proposito licite
perstare posse, facetur ipse Sanch. l. cit. An non
ergo satius erit curare, ut ignoret Pater, quam
ut consultus resciat, & ejus authoritas coram de-
spiciatur? Certum ergò mihi videtur, non esse ob-
ligationem sub mortali, quidquid sit in communi
apprehensione hominum.

26 II. Filios, ac filias peccare mortaliter, si invi-
tis, dissentientibus, ac contradictentibus parenti-
bus, Matrimonium cum indignis ineant, est la-
nè communis, & sine dubio probabilior Sententia
DD. Navarri, Sotii, Cordubæ, aliorum cum
Sanch. cit. num. 9. Et latè, ac optimè Bellar. lib. I.
de Matr. cap. 19. Propositione 3. Et sine dubio ve-
rissimum est, quando ultra parentum dissensionem
alia gravia mala sequuntur, ut scandała publica,
grave dedecus parentum, ac familiæ: si connu-
bium ipsis filiis damnosum sit corporaliter, vel
spiritualiter: si parentes ipsi graviter, & diu exæ-
cerbandi, contrastandi, affligendi, aut peccaturi &c.
tunc enim peccari mortaliter saltem contra Châ-
rita.

frequen-
Ad quid
ntrahere
obliga-
m, an
ula rixa-
eturum,
e maxi-
o contra
erit con-
ito licti
An non
, quam
oram de-
esse ob-
ommuni

si invi-
parenti-
. est fa-
ententia
m cum
ar. lib. I.
ubio ve-
inonem
publica,
connu-
er, vel
liu exa-
turi &c.
a Cha-
rita-

titatem nimis certum est. Quo modo graviter peccasse censetur Esau *Genes.* 26. quia quadragarius accepit uxores de filiabus Chanaan cum gravissime offensione parentum Isaac, & Rebeccæ. Quia vero ejusmodi mala regulariter eo casu occurunt, cum filii invitatis parentibus indignè contrahunt, inde hoc sententia in praxi regulariter vera est.

III. At vero seclusis illis aliis malis ratione solius ²⁷ involuntarii, dissensionis, vel contradictionis parentum, non peccare mortaliter filios, vel filias, si indignè contrahant, utpote si filius dueat indignam, & filia nubat indigno, probabilissimum est. Ratio fundamentalis, & invicta est: Quia in electione statutus, & maximè Matrimonii, filii ipso jure naturæ omnino liberi sunt, & nemini subiiciuntur: ergo quamvis tales invitatis parentibus indignè contrahentes valde indecenter agant, & à veniali pateræ irreverentiæ saltem culpa vindicari non possint; (unde ob id etiam dote, vel hæreditate privari jure possunt) at peccati mortalis diuina necessitatem imponere naturalis eorum libertas probabilissimè non permittit, neque sane convincunt suprà initio allegata, ut intuenti patet.

A fortiori ergo

IV. Certum, exploratumque sit, si filii invitatis ²⁸ parentibus ineunt Matrimonium cum dignis, & alioquin nullum sequatur grave incommodum, nisi aliqualis indignatio parentum, non peccare mortaliter, imo ne venialiter quidem, si prius à parentibus modestè facultatem petierunt, tametsi nequaquam impetrârint. Ratio rursus eadem:

tenet.

tenetque communis DD. Ac tandem universaliter quoties parentes injuste contrariantur, filios que privare contendunt optato bono, ac Matrimonio sibi utili, ac salutari, sufficere eis reverenter assensum petiisse, de cætero sui juris esse, non teneri obedire, adeoque neque peccare Matrimonium ineundo invitatis parentibus, omnes ferè consentiunt. Navar. c. 14. n. 15. Tolet. lib. 5. cap. L. cum Sanch. cit. March. cit. conclus. 4.

§. IV.

Reverentiam.

29 **O**bligatio reverentiae filiorum erga parentes universaliter exigit, ut eis juxta regulas honestatis, & morem gentis, debitam seu competentem reverentiam exhibeant. Contra quam quatuor ferè modis, & juxta rationem materiæ mortaliter vel venialiter peccare possunt filii, *verbo, signo, facto, & defectu.*

30 I. *Verbo* irreverentiam exhibent Parentibus filii, qui duris, asperis, inurbanis, contumeliosis verbis, jocis, maledictionibus eos afficiunt in presentia, vel absentia, ut §. 1. de amore parentibus debito exemplificatum est. Nam hæc, uti & sequentia omnia, quatenus exterius parentibus exhibentur, peccata sunt contra reverentiam parentibus debitam: quatenus verò etiam internam malevolentiam, aversionem, contemptum adjunctum habent interius, spectant ad peccata contra amorem parentibus debitum. Hoc quoque additum.

n universitate
tur, filio
ac Matr
is reveren
s esse, no
Matrimo
es ferè co
5. cap. I. l.
arentes uni
gulas hono
competenc
um quarto
mortaliter
, signo, fa
entibus fo
ntumeliosi
unt in pra
parentibus
uti & se
ntibus eo
am pare
internati
um adjun
cata contra
que addi
longe

longe gravius sic peccari in præsentia, quia accedit
species contumeliaz.

II. *Signo* Parentibus irreverentiam exhibit, ³¹
quicunque risibus, subsannationibus, gesticulatio-
nibus, simulatis eorum actibus, illis illudunt, præ-
sentibus, vel abscentibus, gravi utique peccato, juxta
illud supra cit. *Prov. 30. Oculura, qui sinesannat*
patrem &c. Item, qui evecti ad dignitates, vel
divites facti, parentes despiciunt, recognoscere no-
lunt, abnegant, quounque modo, vel signo, ex su-
perbia, & cum aliquo contemptu, peccatum mor-
tale gravissimum asserit communis DD. *Navar.*
Tol. Filliuc. alii, & nemo excusat. Excusat autem
si ex nullo contemptu, optimo in parentes affectu
retento, fieret ob justam causam, puta ad vitan-
dum aliquod suum incommodum (etiam erubescen-
tiā à mortali vindicat *Tamb. l. 4. c. 2. §. 2. n. 17.*
non audeo assentiri) grave, inquam, incommo-
dum, ut si aliquod damnum notabile filio immi-
neret in vita, honore, fortuna, ex eo, si paren-
tes noscerentur: aut si gravissimi criminis, præ-
fertim hæresis, vel prodigionis infesti essent, aut
publico supplicio affecti, aut infideles: tunc enim
non erit peccatum negare parentes, dummodo eos
corde cum contemptu non neget filius.

III. *Facto* Parentibus irreverentiam exhibit, ³²
in primis, qui eos verberant, et si levissima sit per-
cussio; etiam, qui solū levat brachium, vel in-
strumentum ad percutiendum, non secuta percus-
sione, idque deliberatè, & cum plena advertentia,
omnino peccat mortaliter. Et meritò *Exod. 21.*

THEOL. MORAL. PARS III.

Og reue

reus mortis pronuntiatur talis. Hoc enim omnia deliberatè moliri, esto in æquales levem injuriam contra justitiam contineat; at in parentes gravissimam malitiam contra pietatem continet. *Communis.* Item qui accusat patrem in judicio, sive ci- viliter, sive criminaliter, peccat mortaliter. Neque filius auditur, exceptis duobus casibus laetitia Majestatis divinæ, & humanæ, per prodictionem.

Omnes. Potest tamen injustè offensus à patre filius, v. g. alimentis privatus &c. judicis officium nudè & simpliciter implorare, ipso jure naturæ, ut notat *Toletus* cit.

33 IV. *Defectu* denique irreverentiam exhibent parentibus, qui eis juxta morem patriæ consueta reverentiæ paternæ signa, & ceremonias non exhibent, v. g. non assurgunt, caput aperiunt, locum cedunt, non salutant, certis temporibus non bene precantur, in quibus tamen secluso pravo affectu plerūmque inadvertentia à mortali excusat. In his verò omnibus confitendis exprimendum, & à Confessario examinandum est, utrum processerint ex interno maligno affectu, odio vel contemptu in parentes: tunc enim etiam peccant contra amorem parentibus debitum, utique mortaliter. Vide potes, & hoc applicare dicta de obligatione Charitatis quoad signa exhibenda proximo, & distinctionem maximè notandam, quoad intentionem internam, & significationem externam.

Corollarium, & Regula universalis.

34 O Mne odium, injuria, irreverentia, contem- ptus, quæ in alium proximum censetur me-

Sect. I. De obligat. inter filios & Parentes 579

diocris, vel levis, gravis est in parentes, & quæ censetur gravis in alium proximum, est summa in parentes: (excipitur sola materia furti) Ratio sumitur ex ordine graduum. Quia post Deum, primus gradus conjunctionis ad nos est parentum. Adeoque odium, injuria, & irreverentia ipsis illata, semper, cæteris paribus, gravior est, quam illata aliis proximis, etiam propinquis. Porro (summoperè hic notandum, præsertim in confessionali) ad gravitatem peccati odii, irreverentiæ, injuria in parentes mensurandam, non sufficit æstimare ipsum actum secundum se præcisè, odium scilicet, irreverentiam &c. ex natura & objecto suo, atque intentione agentis, sed debet insuper attendi effectus exacerbationis, contristationis, vel afflictionis, inde meritò causatus in parentibus, dummodo prævisus fuerit, juxta has tres Regulas.

Prima: Quandocunque filius, vel filia absque justa causa deliberatè, aliquid agit, vel omittit, etiamsi alioquin per se malum non sit, ex quo tamen scit parentes graviter offendendos, vel contristandos, aut fortè etiam peccaturos nimiâ irâ, indignatione, blasphemias &c. ipso facto peccat mortaliter contra amorem, obedientiam, reverentiam parentibus jure divino naturali debitam, E. g. sciebat Esau Patrem suum Isaac graviter contristandum. si acceperit uxorem de filiabus Chanaan: et si per se malum non esset, peccavit tamen mortaliter ex communipatrum, ac Interpretum sensu, ac accipiendo sibi talem uxorem; quia faciebat id sine omni justa causa; unde sciebat parentem meritò graviter

Oo 2 offen-

580 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. V.
offendendum. Quod valde notent filii: in septu
enim s̄epissimè contingit eos peccare mortaliter in vi
et si res ipsæ alioquin malæ, vel saltem graviter ma
læ non sint, v. g. sine licentia domo exire, aliqui
aufferre &c. neque ipsi offenditionem parentum in
maliter, & expressè intendant, quod plane deu
rim, non tamen rarissimum est, ideoque inde à Confessario interrogandum.

36 Secunda: Etiam in dubio, an sit justa causa
agendi aliquid, ex quo parentes offendendi
contristandi sint, tenetur filius abstinere; imo
quandoque justa causa subsit, si tamen nulla urge
necessitas tale aliquid agendi, decebit, & adhuc la
dabiliter, poterit parentibus condescendere: id
etiam in operibus sanctis: etiam in ingressu Re
gionis aliquamdiu differendo. Ratio est: quia
tali dubio stat possessio, & obligatio reverentie
debitæ, quæ necessariò exigit, ne filii Parentes in
necessitate contristent.

37 Tertia: Quando tamen justa causa omnino u
get aliquid agere, & constat offenditionem, vel co
tristationem parentum ex mera eorum morositas
melancholia, apprehensione, vel etiam malitia
rationabiliter vel inique orituram, non peccant
illud agentes; idque maximè in sequenda voca
tione divina, exemplo ipsius Christi in Templo rem
nantis, insciis & tristissimis parentibus: Jonath
egerrimè licet ferente Patre Saul, tamen justo,
tenebroso amore David adhærentis &c. Recte u
men monet March. cir. q. 2. dnb. 2. Videant fili
ne mentiatur iniquitas sibi, attendantque pra
lios, c

filii: inceptum sapientis Ecclesi. 3. Ne contristes Patrem
e mortalitate in vita tua, & cum defecerit sensu, veniam daci.

graviterm

uire, aliqui

parentum in

il plane dem

deoque su

justa c

endendi,

re; imo

nulla un-

& adhuc

adere: id

gressu Re

est: qui

reveren

Parentes

omnino u

em, velco

microsita

n malitia

peccant

anda vocati

mplo rem

s: Jonath

n justo,

. Recte

ideant fil

ntque pra

SECTIO II.

Pietas, & obligatio Parentum erga
filios.

SUMMARIUM.

38. Parentes naturali jure debent filiis amorem, & educationem, corporalem, & spiritualem.
39. Quoad amorem; tenentur eis benevolē, benefacere, & omne malum abserere.
40. Quoad educationem corporalem debent eis I. prōvidentiam vitæ, nihil agendo, quod vitæ vel sanitati prolis concepta, vel jam natae, obesse possit, Ubi quomodo in hoc peccent parentes?
41. II. Prōvidentiam victus, seu alimenta, vestitum, instructionem in disciplina, vel honesta arte addiscenda, &c. Et,
42. III. Prōvidentiam statūs in futurum.
43. Usque ad n. 47. Quoad educationem spiritualem parentes debent filiis 1. doctrinam in rebus ad salutem necessariis. 2. Exemplum & 3. correptionem.
44. Usque ad n. 52. ad quid teneatur Pater filiis illegitimis seu spuriis?
45. Usque ad n. 57. ad quid Mater teneatur spuriis?
46. De hēreditate seu portione legitima filiis debita; ubi usque ad n. 61. resolvuntur tria dubia.
47. Causæ negandi hēreditatem, vel alimenta filiis.

ASSERTIO II.

Ure divino naturali obligantur parentes filiis ex. 38
hibere amorem, & educationem duplicem, cor-
rectoralem, & spiritualem. Ita in re omnes. Quam-
vis enim variè enumerent officia parentum erga fi-
lios, omnia tamen sub his tribus capitibus com-



prehenduntur. *Ratio assertionis, & obligationis* sumitur ex ipsis visceribus naturalis legis, quā omnia animantia, etiam bruta fœtus suos diligunt, & educant. Homini autem rationis compoti, seu creaturæ rationali ad finem supernaturalem creato duplex debetur educatio; una corporalis ad essementuræ; altera spiritualis ad esse gratiæ, in ordine ad ultimum finem suum DEum. Agnovit id Hæva *Genes. 4.* Quæ primogenitum suum appellavit Cain, dicens: *posse di hominem per DEum.* Quod hebraice sonat. *Aquisivi hominem DEO.* Unde est illud D. Chrysostomi l. 2. contra vituperatores vitæ Monasticæ: *Tunc maxime, & verissimè habemus filios nostros, cùm Deo nostro illos tradiderimus.* Jam termini explicandi sunt: & deinde specialia aliqua ex jure positivo addenda.

§. I.

Amorem, seu dilectionem.

39 *O*bligatio amoris parentum erga filios tria requirit. 1. Filiis beneuelle, saltem negati-
vè, excludendo omne odium, aversionem, rancor-
em, omnèque pravum affectum deliberatum.
2. Etiam quantum opus, & possibile est, iis bene-
facere. 3. Omne malum ab iis, vel damnum
corporale, vel spirituale avertere. Peccant ergo pa-
rentes pro ratione materiarum, etiam mortaliter, qui
filios gravi, & injusto odio prosequuntur: iis male
volant, maledicunt, seu male imprecantur se-
riò, seu animo, ut eveniant: qui in gravi, vel ex-
rema necessitate eis non benefaciunt, non succur-
runt, vel mala, & dannata eorum corporalia, vel

spiritu-

spiritualia non avertunt, cum possint: qui nimis
quā om̄i
gunt, &
oti, seu
m creato
d esse n̄
ordine ad
id Hæva
pellavit
Quod
Unde
eratores
imē ha-
dideri-
de spe-

igationis
durē tactant, sine causa verberant, affligunt &c.
sicut supra de amore filiorum erga parentes specificatum est. Majori enim, & strictiori jure obligantur parentes amare filios, quām econtra; unde nec speciale præceptum datum est parentibus de amore filiorum, sicut datum est filiis. Quia juxta commune dictum: *Amor descendit, non ascendit.* Parentes filios suos tanquam aliquam sui, naturali prorsus instinctu, & impulsu diligunt, tantoque affectu, ut s̄epissimè excedant: ideoque non fuit opus expressio de hoc præcepto: quemadmodum ob eandem rationem etiam non fuit datum speciale mandatum homini de diligendo seipso.

§. II,

Educationem corporalem.

ETiam hæc tria requirit: triplicem nimirūm ⁴⁰
providentiam vitæ, virtutis & Statūs,

I. *Providentiam vita:* Ut nimirūm ab ipso conceptu parentes sedulam curam gerant, nec quidquam agant, quod prolis vitæ, sanitati & naturali perfectioni obesse possit ante, & post nativitatem, præsertim usque ad triennium. Peccant ergo mortaliter parentes, 1. qui tempore menstrui, aut alias impuris, & importunis commixtionibus vacant cum evidenti periculo abortūs, aut prolis vitia-
tæ, monstruofæ, infirmæ, fatuæ concipiendæ, vel ge-
nerandæ. 2. Patres crudeles in uxores, qui eas prægnantes vexant, exasperant, percutiunt, in gravissimum damnum fœtūs in utero existentis. Matres, quæ prægnantes currunt, saltant, noxia

Oo 4

edunt,

edunt, vel bibunt: nimium laborant, portant, onera levant, extra urgenter necessitatem; vel quidquid faciunt cum præviso, vel prævideri debito periculo abortus vel prolis vitiandæ. 4. Eadem matres, quæ negligunt filios per se lactare: quod quidem per se non nisi veniale est: quia dummodo infans commodè nutriatur, per se non apparet gravis defectus: imò ab omni culpa liberat rationabilis, causa, utpote matris imbecillitas, vel mos patriæ, vel gentis. Contra verò mortalis pectorati labem non effugient, si nutrics adhibeant infusum sanguinis, pravorum humorum, & morum, in periculum vitæ sanitatis, & morum infantis. Quibus occini potest illud Theren. 4. v. 3. Sed & laetitia nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi strubio in distorto. Item quæ tempore lactationis seipsas non observant: quæ infantes in lecto incautè penes se collocant cum periculo oppressionis, (quod alicubi valde frequens comperi) Ex quibus omnibus, si præviso, vel prævideri debito periculo, mors sequatur, verè homicidii rei, vel rex erunt, imò parricidii: quod benè observandum in confessionali.

4¹ II. Providentiam vietūs, seu alimenta. Ubi nomine alimentorum quinque comprehenduntur; scilicet pertinentia ad cibum, & potum: ad vestitum, & lectum, seu habitationem: ad medicinas tempore morbi: disciplinas, vel honestas artes addiscendas de quibus infra. Cujusmodi omnia ad vitam humanam necessaria tenentur præ-

stare

stare filiis parentes, quo usque ad robustam ætatem
pervenerint proles, ut se ipsas arte, opificio, officio
vel servitio alere possint pro ratione status sui:

per accidens autem etiam toto vitæ tempore, quoties extrema, vel gravis necessitas urget. Quod si tamen filius apud alium educatus fuerit, pater quidem in foro conscientiæ non tenetur postea filio compensare alimenta, nisi filius debita contraxisset: at in foro externo potest filius alimentorum compensationem petere à patre, aut in divisione hereditatis sibi deducere; quod justè ita statuitur, ne parentes tam facilè filios aliis alienos relinquant.

2. Eadem debentur filio, etiamsi authoritate Principis fuerit proscriptus: etiamsi fuerit excommunicatus: etiamsi dissipaverit ea, quæ pater eidem assignaverat pro alimentis: etiamsi filius potuisset sibi suo labore, industria, vel aliunde providere, defacto tamen non providit. *Ratio omnium est:* quia adhuc filius, vel filia est, & pars patris, de jure naturæ patri commendata. Excipe justas causas exhæreditandi, de quibus infrà. 3. Quòd

causas exhæreditandi, de quibus infrà. 3. Quòd si Pater bonis careat, polleat autem mater, ea succedit in hac obligatione: utroque deficiente, Avi, aliisque progenitores paterni: & his defientibus, Avi, ac progenitores materni: & in horum defectum consanguinei proximiores, sic enim ipsa natura dictat, & ordo charitatis exigit. 4. Peccant ergo mortaliter parentes, qui filiis in ætate infirma aut aliàs gravi, vel extrema necessitate presisis alimenta, vel alia necessaria denegant, nisi filius aliunde se alere possit: qui commissationibus

& potationibus omnia dilapidant, ut filii mendicare cogantur: qui seclusa necessitate vera, ac a quali propria, filios captivos non redimunt: qui insuper vendunt: qui in viis publicis aut in hospitalibus publicis, alendos exponunt. De peccato mortali hic omnes consentiunt. Insuper, sive culpabiliter, ex avaritia v. g. sive inculpabiliter ex vera necessitate, vel timore infamiae ita exponant proles in hospitalibus alendas, eidem hospitali (non aliis pauperibus, ut male Bassaeus Capucinus in floribus adulterium n. 9.) parentes tenebuntur ad restituendas impensas in educandis liberis expositis, secundum communiorem DD. cum Sanch. conf. t. I. l. 1. c. 5. d. 4. & d. 5. n. 74. Etsi alii negent. Sed mihi placet distinctio Laym. lib. 3. de just. tr. 3. l. 14. n. 4. Id omnino verum esse, si hospitale non dives sit, secus, si sit opulentum. Tunc enim rationabiliter praesumpta voluntas Fundatorum censetur fuisse in ejusmodi hospitalium erectione, cuiuscunque generis hominum necessitatibus voluisse consulere: atqui infantes ipsi expositi in vera necessitate sunt, quocunque tandem statu expositi sunt a parentibus: ergo &c.

42 III. Providentiam Statū, scilicet in futurum.
1. Si plebeus sit, curet filios addiscere honestam artem, opificium, vel disciplinam statui eorum competentem. 2. Si filius talentum, & animum habeat studendi: pro facultatibus expensas praebeat aut saltem non impediat. Quia filius rationabiliter eligit talem statum: consequenter parentes debent ipsi ad hoc opem ferre, & non impedire.

Te-

Tenantur filiis thesaurizare 2. ad Corin. 11. quantum potest fieri salvâ justitiâ, in futurum, ut honeste secundum statum suum vivere possint. In quo dupliciter ferè peccant parentes: aut per deseluum, in neglectu, & dissipatione honorum temporalium, quo filiis sunt causa paupertatis, & multorum inde consequentium malorum: aut per excessum, nimia cupiditate honorum temporalium per fas, & nefas pro filiis congregandorum, quæ ipsis filiis postea fiunt iu laqueum, scandalum, ac ruinam: atque ita sibi ipsis, & filiis æternam damnationem thesaurizant. Specialia hue facientia, præsertim ex jure positivo, consultò rejicio in §. 4.

§. III.

Educationem spiritualem.

OMNIBUS gravius tenentur parentes filiis educationem spiritualem, seu diligens regimen, & instructionem filiorum in bonis moribus, observatione Mandatorum Dei, & omnibus ad salutem necessariis. Ad hoc autem rursus tria requiruntur: Scilicet *Doctrina, Exemplum & Correptio*: juxta illud Eccli. 7. *Fili tibi sunt? erudi illos, & curva illos à pueritia illorum.*

I. *Doctrina*: Ut nimis parentes instruant, vel instrui current, in primis in omnibus necessariis ad salutem, nimis in rebus Fidei, & Sacramentorum: Mandatorum Dei, & Ecclesiæ, scilicet exercitiis communibus omnibus fidelibus; deinde etiam in honestate morum, & virtutum, & iis, quæ in humana societate, & consuetudine

te-

necessaria sunt, juxta morem patriæ, & conditionem statūs.

¶ II. Exemplum. Ut nimirūm parentes curen-
t ipsis filiis exemplo honorum morum, & operum
præire, & summè caveant malo exemplo, & scan-
dalo eis causam, vel occasionem præhere ruina,
peccati, & malorum morum. De hoc vide passim
S. Scripturam, præsertim lib. Tobiae. Ecclesiasti-
cum c. 13. 30. 41. ac SS. PP. D. Hieronymum
Epist. ad Latam, ubi inter cætera dicit: Memen-
tote vos parentes magis exemplo docere filios, quam
voce (& infra de filia) Nihil in te, & in patre su-
videat, quod si fecerit peccet. Prò quo peccatis
scandalorum hic se intricant mali, & incauti pa-
rentes.

¶ III. Correptionem. Ut nimirūm parentes se-
riù, direclè tamen, prudenter emendent pecca-
ta filiorum, & vitia. Prov. 13. qui parcit virga,
odit filium suum: qui autem diligit illum, instan-
ter erudit, &c. 32. Noli subtrahere à puerō disciplinam:
si enim percuferis eum virgā, non morde-
tur. Tu virga percuties eum, & animam ejus de
inferno liberabis. Lege Eccl. c. 30. Discretam
tamen, & prudentem oportet esse correptionem, ut
nec severitate nimia in odium, pusillanimitatem,
& desperationem adducantur proles: nec indulgen-
tiā nimia neglectui, contemptui, ac vitiis filio-
rum occasionem præbeant. Unde monet Apo-
stolus ad Ephes. 6. Et vos patres, nolite ad iracun-
diā provocare filios vestros, sed educate eos in di-
sciplina, & correptione Domini. Et ad Coloss. 3.

Patru

Sect. II. De obligat. Parentum erga filios. 589

Patres nolite ad indignationem provocare filios vobros, ut non pusillo animo fiant &c. Juxta dicta ergo ratione hujus officii parentes peccant mortaliter, qui filios in bonis moribus, & necessariis ad salutem instruere, vel instrui non curant. Qui malo exemplo eis causa ruinæ, & occasio peccatorum sunt. Qui vitia filiorum corrigere notabiliter negligunt: in his enim parentes non tantum peccant contra virtutem Charitatis, sicut alii quivis proximos scandalizantes, vel corrigere negligentes, sed etiam contra virtutem iustitiae, qua parentes jure divino naturali obligantur educare filios ad bonum. Addit exempla Navarr. c. 14. n. 18. nimis peccare mortaliter parentes, qui permittunt filias habere amatores ad malum finem: frequentare suspecta confortia, vel alias turpem vitam agere. Item omnium consensu peccant mortaliter, si filios vel filias contra voluntatem suam cogant, vel ad Religionem ingrediendam, cum vellent nubere; vel ad Matrimonium ineundum, cum vellent Religionem ingredi, uti propter connectionem jam supra insertum habes.

§. IV.

Specialia quedam, præseri ex Jure, positivo.

I.

Quoad filios illegitimos.

*F*iliii illegitimi generatim dicuntur, qui extra legitimum Matrimonium generantur; alii naturales, alii spurii vocantur. Filii naturales dicuntur,

390 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. V.

tur, qui nascuntur ex copula, nec approbata, nec reprobata per leges positivas: nimurum ex solitis, qui ad invicem nubere possunt, unde & secuto Matrimonio, eo ipso legitmantur. Spuriæ dicuntur, qui nascuntur ex copula damnata per leges, puta ex adulterio, incestu, sacrilegio: & generatis a talibus, qui secundum leges ad invicem nubere non potuissent. De his ad propositum breviter aliqua adnota.

48 I. Filiis naturalibus omnium consensu tenetur præbere alimenta pater: immo deficiente prole legitima, iis omnia bona sua donare, vel hæreditate relinquere potest. Ut fusè probant DD. cum Sanch. tom. 2. conf. l. 4. c. 7. dub. 16.

49 II. Etiam spuriis tenetur pater præbere alimenta proportionata suo statui. Communis Theol. cum Laym. l. 3. p. 3. c. 14. Ratio est: quia de jure naturæ est, ut pater alat filium, quounque tandem modo sit genitus. Unde quod Leges civiles prohibentes patrem ipsis aliquid donare mortis causâ, vel hæreditate relinquere, ne licet legitimis hæredibus decrescat hæreditas, insuper etiam alimenta prohibere videatur, quoad hoc correctæ sunt à Jure Canonico.

50 III. Pater etiam filiæ spuriæ tenetur dotem constitutere, (hæc enim succedit loco alimentorum) sed ipsis alimentis respondentem juxta conditio nem statū, ut honestè nubere possit. Non enim potest excessivè dotare, quia excessum ejusmodi ipsa filia spuria, ac ejus maritus tenebuntur, etiam ante Judicis sententiam, legitimis hæredibus restituti.

Sect.
restitu
latè Ma
pra, &
IV.
spuriæ
ex bon
stibus
saltē,
tione in
ejusmo
undè al
sis, qu
bent.
bi ipsi i
neque s

M
penſæ o
lactatio
impote
dictum
vel tuto
tepetere
ſione bo
Dicend
I. Si
tutore,
animo r
test, ut

restituere ; nisi fortè hi liberius remittant. Vide latè Molinam Tomo 2. de Justit. de 168. Sanch. su-
pra, & lib. 4. de Matr. Disp. 16.

IV. Pater tenetur spuriis alimenta , & filiæ 51
spuriæ dotem prædictam constituere non tantum
ex bonis propriis patrimonialibus, sed etiam ex fru-
ctibus reddituum Ecclesiæ à patre perceptis : idque
saltē, si spuriæ aliundè alii non possint. Qua ra-
tione intelligenda est constitutio Pii V. prohibentis
eiusmodi spuriis alimenta præberi, intellige, si ali-
undè ali possint. Eadēque est ratio de Religio-
sis, qui bonorum liberam administrationem ha-
bent. Secus de aliis : tunc enim improba Berta si-
bi ipsi imputet, quod consenserit illi , quem scivit ,
neque se ducere , néque prolem alere posse.

Quoad Matrem.

Mater debet filium etiam spuriū alere , lac 52
præbendo usque ad triennium, reliquæ im-
penſæ omnes sunt à patre faciendæ, etiam ipſus
lactationis , si mater ipſa lactare nequeat : & patre
impotente secundariò tantum à matre , ut suprà
dictum est. Ergóne si patre potente alere filium ,
vel tutoře existente , mater alat , poteritne postea
repetere impensas factas , à patre , filio , vel in di-
vīsōne bonorum ? an etiam aestimationem laboris sui ?
Dicendum breviter.

I. Si vivente patre alioquin divite , vel existentes ,
tutoře , mater filium aluit , & protestata est se alere
animo repetendi expensas , omnino repetere po-
test , ut jura decernunt L. Nesennius , ff. de negotiis
gestis.

gestis. Ratio patet: quia pro re utiliter gesta impensæ debentur. Quia etiam eo casu mater, si aliter expensas facile impetrare nequeat, potest occultè compensare de bonis patriis, vel hæreditatis auferendo.

§4 II. Si tunc mater nihil protestata est, præsumitur amore patris, aut filii potius liberaliter fecisse, & sic impensas repetere non poterit in foro externo: at in foro conscientiæ adhuc repetere potest, vel occultè compensare: si hæc duo concurrant; *unum:* si positivo animo repetendi impensas, aliud *alterum:* ut omissio protestationis non fuerit causa damni in patre, vel tutori, puta quia alioquin ipsi aluisserent nullis, vel paucioribus expensis. Vide Azorium apud Tamb. l. 5. c. 3. §. 2. n. 4.

§5 III. Si mortuo patre, nulloque tutore existente, mater filii bona administrans, animo positivo se compensandi, filium aluit, & quod maximè præsumitur, si bona jam divisa fuerant, & cuique sui rationum libri respondebant) iterum poterit impensas repetere. Si autem non habuit ejusmodi animum positivum, se se compensandi, reputatur id amore filii liberaliter fecisse, idque in dubio præsumitur, si bona Matris, & filii non erant divisa. Dicta hæc tenus etiam intelligenda sunt de patre vi duo in Jure Canonico.

§6 IV. Æstimationem sui laboris in alendo filio nequit mater repetere. Quia Mater pro filio labore suum gratis impendere jure præsumitur, imò fortassis jure cogitur: ait Tamb. cit. n. 6. in fine.

III. Hæreditas, seu portio legitima
filiis debita.

Filiis legitimis jure debetur tota hæreditas reli-⁵⁷
cta a patre dividenda ex æquo per capita in fi-
lios, filiásque; aut his mortuis in nepotes per sti-
pites. Quod si pater de bonis suis aliter disponat,
tenetur tamen illis relinquere integrum legitimam
nullo aggravatam onere, eodem modo dividendam
ex bonis relictis, deductis tamen ære alieno, ac ex-
pensis funeris. Pars autem, seu portio legitima
debita Filiis; Jure Cæsareo est tertia pars, seu triens
bonorum æqualiter distribuenda inter liberos, si
sunt quatuor, vel pauciores: si vero sint quinque,
vel plures, est pars dimidia, seu semissis: unde
sunt versus,

Quatuor, aut infra dant natis iura trientem.

Semissis vero dant natis quinque, vel ultra.

Una, & altera difficultas hie breviter expedienda.

Prima: Quid si pater vivens sua bona prodigè⁵⁸
dissipavit cum præjudicio legitimæ filiorum, po-
teritne filius nihilominus integrum legitimam pe-
tere, quamam fuisset consecuturus, si dissipatio fa-
cta non fuisset? *Ry.* cum distinctione: Posse si pa-
ter mala fide, ac eo animo, ut filio suo legitima de-
crescat, bona sua dissipavit. Si non mala fide,
non posse. *Ratio est:* quia existente mala fide,
pater peccavit in jus debitum filiis; ergo injuriam
propellere poterunt: at non peccavit, si bona fide
diminuit pater; ergo tunc filius non habet jus con-
tra bona patris sine fraude diminuta.

Secunda: Quid si pater vivens postulanti filio,⁵⁹
THEOL. MORAL. PART III. Pp vel

594 Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. V.
vel filiae suam legitimam integrum traditit juxta fa-
cultates, quibus tunc fruebatur, potestne deinde
filius, vel filia patre mortuo, petere aliquid am-
plius, si postea amplificatum fuerit patrimonium
patris? *R.* posse; quia legitima debetur filii om-
nino ex bonis, quae mortis tempore parentes re-
linquunt: neque hoc jure se privasse censentur filii
exacta, & accepta prius aliqua portione legitima.
Sic ex communi Navar. in c. Quamvis de pactis. n.
6. p. 3. §. 1.

60 *Tertia*: Quid si filius, vel filia renuntiaverit fu-
turæ patris successioni? Certè contingere solet, ut
filii, & maximè filiae; dum matrimonium ineunt
vel Monasterium ingrediuntur, pactum ineant cum
parentibus, ut contenti sint sua dote, & sic renun-
tient cuicunque juri, quod aliâs haberent in pare-
tum bonis, poterintne adhuc regresum habere po-
stea ad bona paterna? *R.* sine dubio posse, si vi-
metu, dolo, importunitis persuasionibus induci,
vel inductæ ita renuntiavere, etiam cum juramen-
to, quippe tunc facile relaxando, ut patet ex di-
ctis suo loco. At verò, si voluntariè absque vi, vel
fraude renuntiarunt sine juramento, irritam ejus-
modi renunciationem ipsa jura decernunt. Si vero
juramentum accessit, valebit renuntiatio, atque a
jurante servari debet, nisi ipse pater, quippe in
cujus gratiam juratum est, remittat. Quia omne
juramentum homini præstitum servari debet, quo-
ties sine peccato servari potest, at potest servari in
casu nostro: neque enim filia v. g. peccat,
sua dote contenta velit reliqua parentibus cedere

ergo &c. Nec obstat lex irritans ejusmodi renun-
tiationem : Rationem habes in materia de jura-
mentis. Plura curiosius vide apud citt. *Navar.*
Molinam, Sanch. alios.

IV. Causa negandi hereditatem, vel
alimenta filiis.

CAUSÆ JUSTÆ EXHÆREDITANDI FILIUM, VEL FILIAM, ⁶¹
(item nepotem, aut neptem respectu Avi)
quatuordecim enumerantur in Jure, in *Authentica*
de appellat. cognoscendis. §. causas autem. 1. Si ma-
hus graviter in patrem injiciat. 2. Si contumelia
gravi efficat. 3. Si accuset, extra casum prodi-
tionis patriæ, vел Principis. 4. Si cum maleficiis
se intermisceat. 5. Si insidietur vitæ patris. 6.
Si patris uxorem (Nōvercam scilicet) violet. 7.
Si in judicium deferat patrem cum ejusdem gravi
detrimento. 8. Si requisitus à patre incluso filius
(non autem filia) illum non adjuvet. 9. Si pro-
hibeat patrem testari. 10. Si histrionicam, vел
gladiatoriā exerceat; quando pater non est ejus-
dem artis. 11. Si patre offerente dotem ad nu-
ptias, filia minor viginti quinque annis luxuriosè
vixerit. 12. Si parentis forte furiosi curam filius
negligat. 13. Si eundem captivum non redimat,
cum possit. 14. Si fiat hereticus, patre existente
Catholico. Verū huic ultimo præjudicatum
est in novissima pacē Germanica.

Ob easdem omnino causas licet, ac justè pater
(vel in suo casu Mater) filio negare potest alimen-
ta, aut filię dotem non constituere. *Commissarii*

196. Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. V.
DD. apud Bonacinnam t. 2. d. 4. in 4. preceptum
q. un. proposit. 6. §. 3. n. 1. Solùm sis est; an tuus
pater possit negare omnia alimenta etiam ad vitam
sustendandam necessaria? Affirmant Mol. ac alii
cum Sanch. lib. 4. de Matr. disp. 26. n. 1. Quia
tunc filius, vel filia ob suam ingratitudinem non
habetur amplius pro tali: solùm igitur perinde a
alii proximi in extrema necessitate erit a patre ad
juvandus. Contra tamen necessaria alimenta eis de-
beri, docet Covar. apud eundem Sanch. cit. ed.
quod esse physicum re ipsa filii non amittatur, atque
adeo semper aliqua major obligatio ad ipsos in pa-
tre residet, quam in aliis. Hæc sententia magis pas-
tralque probabilis est. An etiam ob alias causas
justè possit filius, vel filia exhaereditari dote, ve
alimentis privari, videantur *Authores* cit. Nulla
certè videtur posse in foro conscientiæ, ob alia di-
milia, vel etiam graviora delicta. Legem enim ad
similia trahi posse, cum similis, vel gravior cau-
sa existit, patentur DD. communiter. Vide Azor-
ump. 2. lib. 2. c. 19. q. 6. vers. *Duo hic merito.*

SECTIO III.

Pietas, & obligatio erga Majores, & Collaterales.

SUMMARIA.

63. Ad quid filii, & pupilli teneantur I. Tutoribus, & pa-
trinis, & econtra hi illis?
64. II. Ad quid consanguineis, Abis, Proabis, aliisque
Majoribus, & econtra?
65. & 66. Ad quid sibi in vicem obligentur consanguinei
collati?

Sect. III. De obligat. erga Majores. 597

collaterales, ut fratres, sorores, patruelis, consobrinis,
aliq. consanguinei, & affines?

7. Usque ad n^o 72. Ad quid sibi invicem obligentur conjuges?

ASSERTIO III.

Pletas colendi parentes ulterius se extendit ad 62
colendos. 1. Quasi parentes, ut Tutores, & patri-
nos. 2. Majores, Consanguineos, ut Avos, Avias
&c. 3. Consanguineos collaterales, ut fratres, so-
rores &c. 4. Ipsos conjuges ad invicem: quibus om-
nibus ex eadem pietatis virtute etiam sub mortali
debetur amor, reverentia; & cum praeſunt, obe-
dientia, ac in necessitate obsequium, seu beneficien-
tia. Similiter autem econtra proportionaliter.
Assertio omnium, nec indiget, nisi explicatione
particularum.

§. I.

Quasi Parentes, Tutores, Patrini.

Filiū pupilli tenentur Tutoribus suis exhibere a 63
morem, reverentiam, & obedientiam in iis,
quæ concernunt tutelam suam, adeo ut in iis de-
libertate inobedientes peccent etiam mortaliter, eo-
dem modo proportionaliter, quo peccarent non
obedientes parentibus, juxta modos supradictos.
Tutores autem econtra tenentur pupillis amorem,
& curam in corporalibus, & spiritualibus: ut ni-
mirū bona eorum justè & fideliter administren-
tur, & ipsi in fide, Lege Dei, & bonis moribus
instruantur, sicut obligantur parentes. In quibus
omnibus notabiliter negligentes peccant mortaliter,
& si bona pupillorum aut dissipent, aut culpā
suā perire sinant, etiam ad restitutionem obligan-
tur.

tur. *Omnia omnes.* Ratio est: Quia Tutores ex officio suo succedunt parentibus, adeoque ex naturæ, & gentium jure æqualem parentibus obligationem contrahunt, tam ex parte sui erga pupilos, quam ex parte pupillorum erga ipsos. Patrii porrò, seu compatres, cum ipsi ex officio suo teneantur, aliis deficientibus, sub mortali curam gerere eorum, quos ex Sacramento Baptismatis, vel Confirmationis suscepserunt, ut in fide, & necessariis ad salutem instruantur, & conserventur, ut pulchrè docet S. Augustinus serm. 215, de tempore, dicens: *Filios, quos in Baptismo recipitis, scitote vos Fidei successores pro ipsis apud Deum existisse.* Et ideo ram illos, qui de vobis nati sunt, quam illos, quos in fonte exceptis, semper castigare, & corrige, ut castitatem custodiant, justitiam diligent, charitatem teneant. Hæc Sanctus. Ita ex correlativo filii suscepti ex Baptismo, vel Confirmatione tenentur patrinis suis amorem, reverentiam, ac obedientiam proportionatam obligationi eorum, nimirum in fide, moribus, & necessariis ad salutem addiscendis, & tenendis. Verum hæc obligatio quoad obedientiam modò raro venit ad praxin; at maximè viget quoad amorem, & reverentiam, saltem negative, excludendo contraria, etiam sub mortali, non solum ex charitate, vel justitia, sed etiam ex pietate.

§. II.

Consanguinei, Majores, & Senes.

64 **F**ili obligantur avis, aliisque Majoribus ascendentibus, sive in linea recta, ut sunt proavus

pro-

proavia: sive transversa, ut patruus, amita Avunculus, Materterta &c, exhibere amorem, reverentiam, obsequium: & cum ii parentum locum occupent, etiam obedientiam; idque ex genere suo sub mortali, adeo ut omnis gravis indignatio, irreverentia, injuria erga ejusmodi Majores sit peccatum mortale: non tamen æquè grave, ac contra parentes ob remotiorem gradum. Econtra autem illi Majores, deficientibus parentibus, immediatis, vel eorum locum tenentibus, quantum eorum possibilitas commodè permittit, obligantur filiorum minorum, seu nepotum paternam curam gerere, Quia ex natura sanguinis, & lege naturali tunc ea cura ad eos devolvitur. Exempla habentur passim in Scriptura: v. g. de Abraham, quantam curam gesserit de Loti filio fratri sui. &c. Tales peccant ergo graviter, si deficientibus parentibus nepotum curam negligunt, eisque in necessitate spirituali, vel corporali non succurrunt. Ut rectè monet March. tr. 5. Tit. 7. q. 4. &c. Senibus tenentur juniores amorem, & reverentiam, juxta legem Dei, Levit. 19. Coram cano capite consurge, & honora presentiam senis, & time Dominum &c. I. ad Timoth. 5. Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut Patrem &c. Et licet hic per omissionem talis amoris, & reverentiae erga senes raro peccetur plus, quam venialiter: nisi accederet contemptus, vel abominatio ipsius personæ senis, utique mortalis; tamen per commissiōnem deliberatè, & cum contemptu senes irridere subsannare, provocare, contristari, vel quavis no-

600. *Tract. III. in IV. Pracep. Decal. Cap. V.*
tabili injuriā afficere , peccatum mortale esse con-
tra virtutem pietatis, rectè concludit. March.
e. in fine.

§. III.
Consanguinei Collaterales.

65 **N**imirūm fratres , sorores , patrueles , conso-
brini , aliquique consequenter consanguinei , &
affines tenentur sibi invicem exhibere amorem , re-
verentiam , & obsequium , seu auxilium in necessi-
tate : nimirūm in defectu aliorum , juxta ordinem
graduum , ac ordinem Charitatis , suo loco infra
explicandum . Adeò ut etiam hi in istis notabiliter
contra faciendo , pura , vi , gravi odio , irreverentia ,
injuria , negatione subsidii in vera necessitate , gravi-
ter peccent , non tantum contra Charitatem , vel
justitiam communem : sed etiam contra virtutem
pietatis : ideoque & ipsi in confessione eam cir-
cumstantiam personæ , utpote speciem mutantem ,
explicare tenebuntur .

66 Unde ulterius in defectu parentum , vel quasi pa-
rentum , ac ascendentium , consanguinei hi latera-
les etiam succedunt in obligatione præbendi ali-
menta egenti ; adeò ut tunc frater fratri , vel so-
rori (& sic consequenter de aliis) non tantum
extremè , vel graviter egenti ubi obligatio suc-
currendi communis est omnibus proximis : sed
etiam ordinaria paupertate laboranti succur-
gere teneatur præbendo convenientia alimen-
ta , quando frater ea , vel soror , vel similis
consanguineus aliunde habere non potest . Quia
n*l.*

nimirum urget plus pietas in tanta propinquitate sanguinis pro fratre, vel consanguineo, quam pro aliis. Nec refert, quod frater tuus, vel soror male sua dissipaverint, aut suâ culpâ in eam necessitatem inciderint: dummodo impræsentiarum vera necessitate laborent: omnino naturalis pietas urgebit ad succurrentum. Certe contingit alicubi quendam verè prodigum filium totum patrimonium à patre pro se, & fratre suo telictum dissipasse vivendo luxuriosè: postea iple graviter egens ad fratrem, qui propriâ industria exhaustam hæreditatem sibi fel citer compensârat, pro alimentis recurrit: & adhuc deberi responsum est à Theologis fratri consultanti: in quantum nimirum urgebat actualis necessitas ob rationem datam. Cæterum fatendum est, si frater, vel soror in mala vita perseverent, aut flagitia commiserint cum familiæ dedecore, ob quæ ab ipso patre exhaereditari, ac alimentis privari posse dictum est: ut à malo resplicant, ut labori, ac industriæ assuescant, salubriter posse illis ad tempus alimenta negari, dummodo same non pereant, id enim ipsum majoris pietatis opus erit. Unde si soror in turpi prostibulo familiam suam infamavit: si frater per grave, & familiæ dederunt flagitium depauperatus est: siquidem in scelere perseverent, deserantur, ut hac medicina sanentur: sin autem defacto satis emendati, & poenitentes sint, veraque necessitate, quantumvis culpabiliter contracta, laborent, eos deferri pietatis virtus non permittit, præsertim si sine detimento possit succurrere frater, vel soror, similisque consanguineus.

Pp. 5

§. IV.

Conjuges ad invicem.

97 *C*onjuges ex quarto Præcepto, & virtute pietatis gravi obligatione tenentur sibi invicem exhibere *amorem*, & *honorem*, *fidem*, & *cohabitationem*: *debitum conjugale*: *alimenta* & *gubernationem*.

I. *Amorem & honorem*: Ephes. 5. *Viri diligite uxores vestras*, sicut & *CHRISTUS* dixit *Ecclesiam* &c. Et infra: *Ita viri debent diligere uxores suas*, ut corpora sua. *Qui suam uxorem diligit*, *seipsum diligit*. Ad Coloss. 3. *Viri diligite uxores vestras*, nolite amari esse ad illas. Ubi peccant mortaliter conjuges gravibus odiis, indignationibus, contemptibus, injuriis, maledictionibus, imprecationibus, aut quibusvis injuriis alterum affidentes. Huc spectat peccatum zelos pia inordinatae, seu temerare suspiciones de fide alterius. Item viri graviter, & sine causa sufficie te verberantes uxores: nam ob justam causam ad debitam emendationem moderatè uxorem percutere, aut verbis duris increpare, seculo maligno affectu, culpâ vacabit, ut notat etiam *Filius cuius* tr. 25. c. 9. Item à fortiori uxores, si viros suos graviter iñhonorant, irrident, offendunt, aut, quod enome est, etiam percutiunt.

II. *Fidem, & cohabitationem*. Fidem scilicet in servando contrac̄tu Matrimonii, & ministratio ne honorum dotalium, ac rei domesticæ: cohabitationem verò quoad torum, & mensam, ut ajunt, juxta illud Matth. 5. *Qui dimiserit uxorem suam*,

Sect. III. De obligat, erga Majores. 603

suam, excepta fornicationis causâ, facit eam mā-
ebari. Peccat ergo mortaliter conjux absque ur-
gentissima causa conjugem deserendo, aut omni-
no, aut ad longum, & notabile tempus, citra alte-
rius consensum. Justa autem causa censetur,
quando vir à Rege, vel Principe in bello, Legatio-
nibus, alijsve publicis negotiis diutius occupatur;
cum mercaturæ vel negotiationi, Reipublice, & fa-
miliae suæ necessariæ in longinquis terris vacare ca-
gitur, & ita in similibus casibus.

III. *Debitum conjugale*: I. Corinth. 7. Exori⁹
vir debitum reddat, similiter autem & uxor viro.
Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu
ad tempus, ut vacetis Orationi, & iterum reverti-
mini in id ipsum. Ubi peccat mortaliter conjux
conjungi debitum tempestivè petenti sine causa de-
negans. De quo alibi ex professo. Solum pec-
atum hic annolässse opus erat.

IV. *Alimenta, & necessaria vitæ statūs*: Qua⁹
quidem obligatio per se, & principaliter incum-
bit viro, juxta illud Apostoli ad Ephes. 5. Ita viri
debent diligere uxores suas, ut corpora sua &c. Qui
suam uxorem diligit, seipsum diligit: Nemo enim
unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, &
sovet eam. Nihilominus etiam concernit uxo-
rem, ut suum etiam præstet, maximè viro impo-
tente, infirmo, captivo &c. ut sic uterque coniuncti
sub mortali teneantur sibi invicem curare alimenta,
& mutua onera ferre. Ubi sàpè gravissimè pec-
cant viri omnia sua abliguriendo, interim uxorem
cum liberis famem pati sinendo. Specialia hic
quoad

quoad alendam uxorem ratione dotis, utiliter leges apud Sanch. l. 9. de Matri, disp. 4. s. 6. & sequentibus latissimè.

71 Denique specialiter tenetur maritus uxori gubernationem debitam in iis, quæ spectant ad observantiam Mandatorum Dei, bonos mores, & administrationem familiæ, ac rei domesticæ. In quibus è contra uxores tenentur maritis obedientiam proportionatam: adeò ut sicut peccat maritus mortaliter permittendo Legem Dei transgredi, vel impediendo eam ab observantia Mandatorum DEI, & Ecclesiæ, aliisque ad salutem necessariis, ita & contra uxor peccat mortaliter, notabiliter non obediendo Matrito in iis, quæ ad ejus gubernationem spectant, modò enumaratis.

Hæc pro examine peccatorum conjugum circa quartum præceptum, hic summatim enumerata Iatiùs recentent in propria materia de magno Sacramento Matrimonii.

S E C T I O IV.

Observantia, & obligatio erga superiores, & econtra.

S U M M A R I U M.

73. Ad quid obligentur subditi Superioribus suis spiritualibus; & econtra hi subditis? &
74. Ad quid subditi suis superioribus temporalibus. ac econtra?
75. Ad quid famuli, & ancille Dominis suis, seu Heris? ac hi econtra illis
76. Quid debeant discipuli Magistris, & econtra?
77. Usque ad n. 80 de gratitudine, & ingratitudine erga Benefactores.

ASSER.

ASSERTIO. IV.

Superioribus ex quarto Præcepto Decalogi, & vir-⁷²
tute observantia debetur generatim à subditis
amor, reverentia, & obedientia in omnibus, ad que-
rum potestas. & Officium se extendit. Quemad-
modum & ipsi vicissim subditis debent amore, &
officii sui administrationem. Est nimis certa. Per-
turbo brevissime.

§. I.

Superiores Spirituales.

Episcopis, Prælatis, Pastoribus, Sacerdotibus⁷³
curam animarum gerentibus, ceu Patribus
spiritualibus tenentur subditi, & filii spirituales a-
morem, reverentiam & obedientiam in iis, quæ ad
curam eorum spectant: item subsidium necessa-
rium. Ita præcipit scriptura Deuteronomio 17. *Qui*
superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio &c.
morietur homo ille, & auferet malum de Israel. Ad
Hæbreos 13. *Obedite Præpositis vestris, & subja-*
cete illis. Ipsi enim per vigilant, quasi rationem
redditur pro vobis. 1. Timoth. 5. *Qui benè pra-*
sunt Presbyteri, duplice honore digni habeantur,
maxime qui laborant in Verbo, & doctrina. Di-
gnus est enim operarius mercede sua. Peccata ergo
subditorum, vel filiorum spiritualium erga Su-
periores, vel Patres spirituales, juxta rationem mate-
riæ, mortalia, vel venialia sunt: odium, malevo-
lentia, irreverentia, contemptus, vel injuria quævis
irrogata; inobedientia deliberata in iis, quæ ad
eorum curam spectant: & negatio subsidii, vel
mercedis debitæ de jure, vel consuetudine: nota-
tis

tis etiam hīc, quæ hactenus semper notavimus Econtra Superiorēs, vel Patres spirituales tenēhūt subditis, vel suis filiis *curam*, *doctrinam*, & *exemplum*. Quorum proinde peccata sēpissimē mortalia sunt: neglectus An̄imarū in cura, & administratione Sacramentorum, in doctrina, & correctione: & scandala præbita, quæ hīc non tantū contra charitatem, sed etiam contra justitiam, & Officium suum committuntur.

§. II.

Superiores Temporales.

74 **M**agistratibus quibusvis legitimis tenēntur subditi, amorem, reverentiam, & obedientiam in iis, quæ ad eorum officium pertinent, & justatributa, vel obsequia. In quibus omnibus conrraveniendo peccant pro ratione materiæ mortaliter, vel vehialiter; & accedente contemptu formali, semper mortaliter. Quæ requirunt ampliorem tractationem in materia de Legibus. Hic solūm notanda exceptio: Quòd si Magistratus, vel Superiorēs quilibet, solūm præcipiant, vel prohibeant aliquid sub pœna vel multa solvenda, subditi contravenientes, & patati pœnam, vel multam solvere, si deprehendantur, non peccant: quia præsumitur ipsos non voluisse obligare in conscientia ad culpam, sed in foro externo ad pœnam tantum. Quòd maximē verum debet esse his temporibus, in tanta multitudine exactionum, atque onerum. E contra Magistratus temporales tenēntur subditis amorem, seu benevolentiam, administrationem justitiae *commutativæ*, & *vindicativæ*.

curam

curam
omni
lia con
commi
oppri
ne, nu
tatem
sine v
7. & 8
solūm
tium

S
e
nis re
dele.
obedi
ctate
servi
Chris
Hort
nibas
tes: /
Pet. 2
nis, n
tolis.
riæ, r
conte
bedie
icam

turam indemnitatis, & pacis, seu defensionem ab omni damno. Ubi rursus frequenter, peccata mortalia committuntur per omissionem, negligentiam, conniventiam: & maximè per positivam injuriam, oppressionem &c. Quidquid sit de consuetudine, nunquam potui excusare venationes, & libertatem ferarum cum tanto damno Agricolarum, sine ulla compensatione. De quibus ex professo in 7. & 8. Præcepto, nam, ut jam semel monui, hæc solum hic summarie moneo pro examinè pœnitentiū sub 4. Præcepto.

§. III.

Domini, Heri.

Servi, seu famuli, Ancillæ, (nihil hic de mancipiis seu propriè servis) tenentur suis Dominis reverentiam, obedientiam, & obsequium fidele. Ita expressè Scriptura ad Ephes. 6. Servi obedite Dominis carnalibus cum timore & simplicitate cordis vestri, sicut Christo: Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem DEI &c. Ad Tit. 2. Hortare servos Dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes: sed in omnibus fidem bonam ostendentes. Et I. Pet. 2. Servi subditi estote in omni timore Dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis. Peccata ergo servorum pro ratione materialia, mortalia, vel venialia sunt: irreverentia, vel contemptus: infidelitas, vel fraudulentia: inobedientia, irritatio, vel provocatio Dominorum ad icam, blasphemias &c. E contra Domini tenentur servi.

608 *Tract. III. in IV. Precept. Decal. Cap. V.*
servis amorem, seu benevolentiam, beneficentiam
& mercedem. cit. c. 6. Ephes. *Et vos Dominum*
eadem facite illis, remittentes minas, scientes, qui
¶ illorum, ¶ uester Dominus est in cœlis. Peccata ergo Dominorum sunt iracundia nimia, & austerioritas: aversus, & indignabundus animus: percussio gravis, & injuriosa: merces defraudata, vel negata injuste. Moderata percussio ad debitam poenam, vel emendationem justa est: & justè subtrahitur, vel negatur merces proportionatè, vel ob fraudem, vel infidelitatem commissam, vel negligendum debitum obsequium, vel ob infirmitatem eorum pro rata temporis. Denique neglectus vel impeditio eorum in spiritualibus necessariis ad sanitatem: omissio correctionis peccantium, de quibus patet ex superioribus.

§. IV.

Magistri, Praeceptores.

76 **H**is discipuli tenentur amorem, reverentiam, & obedientiam, seu diligentiam in iis, quae ad eorum curam pertinent. Peccata ergo Discipulorum sunt injusta indignatio, contemptus, irritatio Praeceptoris: obedientia in pertinentibus ad eorum curam, v.g. studiis: convitia, contumeliosa verba, aliæque injuriæ illatæ. Quamvis in his pueri plerumque levitate, imprudentia, passione &c. à mortali excusentur, ut non ad infernum, sed ad fornacem tantum damnandi sint. Econtra Magistri, ac Praeceptores tenentur suis discipulis amorem, doctrinam, correctionem, exemplum. Patet ex natura eorum officii, Quotum

rum proinde peccata sunt: odia, indignationes, objurgationes injustæ, vel indiscretæ, negligens, incauta, falsa doctrina, omissione correctionis debitæ, scandala pusillorum: vñ illis &c. Ad plura adhuc tenentur Magistri, seu Præceptores Academici, quæ ipi ex statutis, ac jure communi noverint.

SUBSETCIUNCULA:

De Gratitudine, & obligatione erga Benefactores.

Gratitudo, (uti definit S. Thomas 2. 2. q. 77 ic. a. 1.) est specialis virtus, quâ gratiæ habentur, & referuntur benefactori. Ejus tres sunt gradus. 1. Acceptum beneficium agnoscere. 2. Laudare, & gratias agere. 3. Compensare, seu retribuere pro facultate, loco, tempore. In quibus semper magis attendendum ad affectum bene facientis, quam ad effectum beneficij. Quia gratitudo, vel gratia respicit beneficium, & secundum quod est gratis impensum. Beneficium autem non consistit in eo, quod fit, vel datur, sed in ipso dantis, vel facientis animo, inquit Seneca l. 1. de benef. c. 6. Omnis ergo homo benefactori suo, accepto beneficio, statim obligatur ad gratitudinem, ut nimis acceptum beneficium recognoscat, gratias agat, & compensandi affectum habeat. Actualis autem compensatio beneficij non nisi pro facultate, & tempore opportuno præstanda est. Lege S. Thom. cit. a. 4. & Senecam l. 4. de beneficiis.

Ingratitudo ergo est speciale vitium gratitudini⁷⁸

THEOL. MORAL. Pars III.

Qq

op-

oppositum, benefactori debitas gratias denegans. Cujus proportionaliter tres sunt gradus oppositi gradibus gratitudinis, sed ordine inverso, quia ultimum in generatione, est primum in corruptione. Idque dupliciter: 1. Negativè, seu per omissionem: primò beneficium acceptum non compenfare, vel retribuere: secundò, dissimulare seu nullo indicio laudare, vel gratias agere: tertio, etiam non recognoscere. 2. Positivè, vel per commisionem: primò, Retribuere mala pro bonis: secundò, Beneficium acceptum vituperare: tertio, Etiam maleficium aestimare, quod omnium extreum est.

79 I. Ingratitudo per omissionem tantum per se plerumque peccatum veniale est: at fit mortale, si fiat ex interno contemptu, aut si omittatur aliquid benefactori retribuendum ex necessitate debitum, juxta regulas Charitatis. Ingratitudo verò per commisionem, scilicet retribuendo mala pro bonis, vituperando beneficium, aut etiam maleficum reputando, plerumque peccatum mortale est; quia ordinariè malitiam, & internum contemptum admixtum habet: unde sunt tot in hoc vitium inventivæ Sacræ Scripturæ, SS. PP. ac sapientum Ethnicorum. Et specialiter in gravibus injuriis benefactori illatis, semper explicanda erit circumstantia ingratitudinis, utpote speciem mutans. Ceterum sicut in aliis, ita & hic excusat imperfectio actus, & levitas materiæ. Vide Tanner. tom. 3. disp. 6. q. 1. dub. 3. a. n. 38.

80 §. Denique sermo fuit solum de pietate, observantia

vantia, & gratitudine erga hominem, seu creaturam. Nam pietas, observantia, ac gratitudo erga DEUM, ut supremum nostrum PARENTEM, Dominum, ac Benefactorem spectat ad virtutem Religionis, imò in re cùm virtute Religionis coincidunt, & solum speciali respectu excellentiæ divinæ super eos differunt, ut supra suo loco notatum in primo Præcepto: sic consequenter impietas, inobservantia, & ingratitudo erga DEUM ad peccata contra virtutem Religionis reducenda sunt.

CAPUT VI.

De Obligatione Charitatis, & Misericordia erga proximum.

Charitas est virtus Theologica & supernatura-
ralis, quâ Deus propter se diligitur, proxi-
mus antea propter Deum. Definitio communi-
sima latè explicata est in primo Præcepto Decalogi
c. 5. Sect. 1. tam quoad actum principalem amoris
Dei super omnia, quam quoad actum secundarium
dilectionis proximi propter Deum §. 4. toto. Hic
solum de obligatione Charitatis & dilectionis pro-
ximi agendum erit, & necessariò aliqua explicanda.

II. Præceptum Charitatis & dilectionis proxi-
mi frequentissimè inculcatum in Scripturis, sed spe-
cialiter expressit Salvator, Matth. 22. ubi post ma-
gnum Mandatum: *Diliges Dominum Deum tuum*
&c. statim subjungit: *Secundum autem simile huic:*
diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Ubis sic te ipsū,

Q q a

non